



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opervm ...

Agobardus <Lugdunensis>

Parisiis, 1666

Ad Sententias Beati Avgvstini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14657

AD SENTENTIAS

BEATI AVGUSTINI.

Neque de hoc libro satis constat, an sit Amulonis. Sed quia id quoque suspicatus est Sirmondus, hunc cum reliquis Amulonis lucubrationibus edi debere censuimus.

AD LIBRVM FLORI

DE ELECTIONIBVS EPISCOPOVVM.

Notissimum est hujus viri nomen. Subdiaconus autem primum Lugdunensis fuit, dein Diaconus. in quo gradu substitutus. de quo non est quod multa dicamus, cum vitam librorumque ejus catalogum habeas inter Elogia. Nugatur autem pro more suo Trithemius, dum hunc nostrum Florum scribit fuisse monachum in monasterio sancti Trudonis Leodiensis. Istum porrò librum de electionibus Episcoporum scriptis Florus circa annum DCCXX. regnante Ludovico Pio, ut Marca existimat.

C A P. IV.

CONSULTV PRINCIPIS] Apparet ex hoc loco, Florum fuisse valde gnarum jurium ecclesiasticorum ac jurium majestatis. Nam integrum electionum jus Clero populisque tribuit, Principibus autem assensum, ad cumulum fraternitatis, inquit, propter pacem & concordiam mundane potestatis. Sed tamen interventionem illam auctoritatis principalis introducitam esse quinto demum seculo, postquam Imperij Romani corpus in varias partes diversaque regna distractum est. Attamen exempla in contrarium, tametsi rara, extant in libro VIII. De Concordia Sacerdotij & Imperij ca. IX.

C A P. V.

VITA EIVS LIBER] Editus est nuper ex codice M. S. S. Augendi Iurensis, cura R. P. Petri Francisci Chiffletij. In eo autem hæc ipsa habentur quæ heic narrat Florus.

D. d. iiii.